



C A P U T I .
DE
C O D I C I S H E B R A E I O R I G I N E
D I V I N A .

§. I.



Summa di-
cendorum.
irca originem codicis Hebræi notamus:
1) revelationis divinæ cum necessitatem,
tum diversitatem, 2) ejus, quæ in sacras
literas redacta etiamnum legitur, revela-
tionis initia & progressum, 3) præcipuam
eius dignitatem, Θεοπνευστα, cuius beneficio scriptura ex-
arata fuit, 4) amanuensium Dei conditionem, qualitates,
ac fidem, 5) ecclesiæ, in fuscipiendis & custodiendis li-
bris sacris, religionem & curam, 6) canonis integri, ex
singulis libris Θεοπνευστοις compositionem, 7) canones, ad
Θεοπνευστα libri dijudicandam, conduce[n]tes.

§. II.

Revelationis
divinæ.
Deum rite colendi, & felicitatem summam conse-
quendi, ratio ac modus cum naturam lateat, sanctissi-
mum